246

qui erant adhuc veri Dei cultores, et ideo 70 interpretati A hos filios fuisse Angelos, vel potius dici Angelos, qui iusti fuerunt, sicut etiam S. Ambrosius ait, qui servat castitatem angelus est, qui perdit diabolus. quod tamen non sit nec debet illud de angelis secundum naturam, sed secundum mores, et modum vivendi spiritualem. ad 2um dico, quod res corporea non potest agere in puros spiritus tanquam causa principalis, bene vero tanquam causa instrumentalis. / Neg. ergo est causa principalis cruciens daemones, et ignis tantum est instrumentum Dei, sicut pari passu dici solet de aqua Baptismali, ubi aqua tantum instrumentaliter producit gratiam, non ut causa principalis.

Ob. 5 ex eo, quod angeli saltem habeant compositionem ex forma et materia spirituali et inextensa sic inferendo. si angelus non haberet aliquam compositionem in se, tunc esset substantia omnino simplex: sed simplicitas est attributum soli Deo conveniens: ergo angelus debet esse compositus, si non ex materia quanta, saltem ex spirituali. 2o compositio ex genere et differentia supponit compositionem ex materia et forma, genus enim sumitur à materia, differentia vero a forma: atqui in angelis datur compositio ex genere et differentia: ergo etc. 10.

ad 1 D. m. si Angelus non haberet aliquam compositionem in se nec physicam nec logicam, nec metaphysicam, tunc esset simplex C. m. si tamen excludat compositionem physicam, non vero logicam et metaphysicam N. m. atqui simplicitas omnimoda per exclusionem omnis omnino compositionis tam logicae physicae quam metaphysicae / est attributum soli Deo conveniens C. m. simplicitas solum excludens compositionem physicam N. m. et consequentiam. ad 2dum dico, quod verum sit, in substantiis materialibus, ibi enim genus desumitur à materia et differentia à forma, in substantiis vero spiritualibus prius genus et differentia est ipsa essentia angeli. vel D. genus radicaliter desumitur à materia physica C. metaphysica C. formaliter à materia physica N. materia physica in angelis est ipsa essentia ut generalis

© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0495